Quelle: https://manuscripta.at/?ID=38221
Copyright: Salzburg, Erzabtei St. Peter, Benediktinerstift, Bibliothek



236

uideamus quemadmodũ matthęo congruat; Lucas enim
aptissime duos angelos dicuisus fuisse a mulieribus: quae ueneruntũ
ad monumentũ quorum singulos intellexerimus commemo
rauisse duos; Unũ ad matthęo. Idest illũ quem extra monumentũ
sedebat in lapide. Alterũ ad marco. Idest illũ quem intra monumentũ
sedebat ad dextris: sed lucas intra nauit. & die erat parasceues
& sabbatũ inlucescebat; Subsecutae autem mulieres. quae cũ ipso
uenerant de galilea. uiderũt monumentũ. & quemadmodum
postea uidit corpus eius. & reuertentes parauerũt aromata
& unguenta. & sabbatũ quidem siluerũt secundũ mandatum;
Una autem sabbatũ ualde diluculo ueneruntũ ad monumentũ. portantes
quae parauerant aromata & inuenerũt lapidem reuolutum
a monumento. & ingressae non inuenerunt corpus domini ihũ.
& factum est dum mente consternatae essent de isto. & ecce duo uiri
steterũt secus illas in uestes fulgentes cum timerentur & declina
rent uultũ in terrã. Dixerũt ad illas quid quaeritis uiuentẽ
cum mortuis. non est hic sed surrexit. recordamini qualiter loqui
tus est uobis cum adhuc in galilea esset & dicens quia oportet filium
hominis tradi in manus hominũ peccatorũ & crucifigi.
& die tertia resurgere. & recordatae sunt uerborũ eius & egres
sae a monumento nuntiauerũt haec omnia illis undecim. &
ceteris omnib:; Quomodo ergo singuli uisi sunt sedentes.
Unus secũdũ matthęũ fores sepulcri lapidem. & alter secũdũ marcũ
intus ad dextris: Cum secundum lucã duo steterunt secus
illas. quamuis similia dixerint. possumus quidem adhuc
intellegere angelũ uisũ a mulieribus: & secundũ matthęũ
& secũdũ marcũ. sicut supradiximus. ideo ingressas in monu
mentum sic accipiamus; Inaliquod scilicet spatium
quod erat aliquam aceriam communitũ ut intrare posset
ante illũ saxeum sepulchri locum. atq: ibi uidisse ange
lum sedentem super lapidem reuolutũ a monumento.
sicut dicit matthęus. Ut hoc sedentem a dextris.